



# Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/315662>

THESES  
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

GERARDI JOHANNIS MULDER,

MATH. MAG. PHIL. NAT. ET MED. DOUT. ET PROF. ORBIS

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU,

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

*Pro Gradu Doctoratus*

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA,

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FREDERICUS JOHANNES CONSTANTINUS SCHIMMELPEMMICK,

*Haganus.*

A. D. XXVII M. JUNII A. MDCCCLIII, HORA XII.

TRAJECTI AD RHENUM,  
EX OFFICINA TYPOGRAPHICA GIEBEN & DUMONT.

MDCCCLIII.



## T H E S S.

---

Interdictum *quorum bonorum* non datur nisi contra eum, qui pro herede vel pro possessore possidet, nec obstat L. 3, Cod. *quorum bonorum*.

### II.

Pignus pro obligatione naturali datum, vim cuiuslibet pignoris habet.

### III.

Definitio littoris, quam cicero dedit, bene intelligi potest de mare mediterraneo.

IV.

Nulla antinomia inter L. 1, § 2, D. de pign. et L. 18, § 2, D. de pign. actione.

V.

Possessio ad interdicta civilis non dicitur.

VI.

Divisionem avariarum, quae in art. 698, C. M. occurrit, approbare nequeo.

VII.

Quod art. 699, n<sup>o</sup>. 9, 10, 11, C. M. continetur, non semper cum genuinis juris principiis convenire videtur.

VIII.

In art. 699, n<sup>o</sup>. 23 et in art. 701, n<sup>o</sup>. 7. C. M. satis recte exprimitur legislatoris sententia; quae praecedunt partim abundant, partim minus recte conscripta esse videntur.

IX.

Praeceptum art. 373 C. M. praferendum est systemati, enuntiato in art. 234, alinea 2. C. M. Francici.

X.

Nostra lex ita explicanda mihi videtur, ut navis Bodemaria necessitatis caussa obligata, jam assecurata si perit, dominus navis cogatur creditori navem dereliqueret, assecuatori vero solummodo quod ei praeterea superest.

XI.

Voce *»premier appelle,*” quae occurrit in lege d. 24 m. Jan. a. 1812 significatur is, qui fideicommissi post mortem fiduciarii habet expectationem.

XII.

Art. 715 C. C. ita explicandus videtur, ut sufficiat agrum sive fundum inclusum esse, nec obstet si pars fundorum includentium ejusdem forte domini sit, cuius est fundus inclusus.

XIII.

Matrimonium initum per procuratorem, vel instrumento privato constitutum, vel venia a Rege non impetrata, nullum esse non videtur.

XIV.

Art 1132, n<sup>o</sup>. 1. C. C. potius verbis quam sententia obstat art. 1134 C. C.

XV.

Heredes uxoris defunctae, postquam actionem de dissolvenda communione jam instituit, hanc actionem exercere possunt.

XVI.

Qui testes falsos subornavit, puniendus est licet falso testimonium non sequatur.

XVII.

Art. 245 C. P. non spectat eos, qui in carcere civili detinentur uti DALLOZ statuit.

XVIII.

Si famulus (huis of loonbediende) pecuniam, quam dominus ei commisit, intervertit, puniendus est secundum praecepta art. 408, n°. 2 C. P. minime vero secundum praecepta art. 379 et 386, n°. 3 C. P.

XIX.

Mercator qui decoxit, ex art. 3 legis d. 10 m. Maj. a. 1837, puniri potest licet sententia forocessionis non adsit.

XX.

Dispartio agrorum prodest civitati.

XXI.

Servorum, in coloniis nostris Indiae occidentalnis, emancipatio, dominis ex aerario publico indemnitate data, nisi gradatim et summa cum prudentia inducenda videtur.

XXII.

Minus recte Blanqui (in opere suo *Précis élémentaire*

d'Economic Politique pag. 98) divitiis aristocratiacae Britanicae imputat inopiam pauperum.

### XXIII.

In ordinatione coetus superioris ordinum generalium, praeter eligendi modum id quoque vituperandum videtur, quod jura, quae alteri collegio competit, (lege Imperii art. 90, 107, 111) illi fuerint denegata.